



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitatio Ethica De Virtute Heroica Et Semivirtutibus

**Weiss, Johann
Schmoll, Wilhelm Bernhard**

Giessæ Hassorvm, 1664

V. Virtus heroica consistit in mediocritate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35917

speciale, & ad finem eundem tendunt sed tantum externo splendore & summo perfectionis gradu, quat. videl. virtus heroica est in eminentissimo statu supra communem sortem posita Piccol. loc. cit. c. 5. p. 537. seqq. Zwing. in annot. inl. 7. Eth. Nic. 1. p. 427. Wallis. dod. misc. quæst. Eth. quæst. 10. Plurimum Rever. Dn. D. Wendeler. Amicus noster certissimus phil. pract. sect. 2. c. 12. quæst. 3. p. 471. seqq. Wendelin. phil. moral. lib. 1. c. 4. quæst. 3. p. 147. seqq. Hendoorn. Eth. Perip. lib. 2. c. 19. quæst. 2. p. 377. seq. & Witzendorff. ethic. th. 186. p. 69.

V. *Virtus heroica consistit in mediocritate.*

Non respectu sublimioris gradus & eminentia, quæ communes superat virtutes, & rectè dicitur extremitas; sed respectu rationis formalis, cum & hæc ipsa virtus sit ratione viri prudentissimi definita, atq; ita inter excessum & defectum constituta. Sagitt. l. c. th. 2. p. 397. Wendelin. l. c. c. 3. quæst. 1. §. 7. p. 144. & Clar. Reyher. Amicus noster sincerus in marg. phil. syn. Eth. th. 297. p. 687.

VI. *Nullus vir magnus extitit absque afflatu divino. Cic. l. 2. de nat. Deorum.*

Per *afflatum autem divinum*, quo agitantur heroës, intelligitur non (1) *raptus* aliquis *fanaticus*, sed *singularis* honestatis *ardor à Deo inditus*, unde postmodum mirandi ad magna tentanda impetus exsurgunt. Non (2) *afflatus immediatus*, omnem disciplinam & assuefactionem excludens; sed *mediatus*, respiciens causas secundas, (præclaram scilicet indolem, optimam institutionem & frequens actionum virtuosarum exercitium) quas ita instruit, ut operi magno absolvendo pares esse possint. Non (3.) *influxus Dei*